









Conclusionum Forensium  
EXERCITATIO XXVI.  
Ad Lib. XIV. Digest.

2666 71,  
1

*Quam,*

Divina Gratia Favente,

46

P R Æ S I D E  
WOLFGANG-ADAMO Lauterbach /  
U. J. D. & Professore,  
*Placido Eruditorum Examini,*

*Ad diem 17. Septemb.*

proponit

JOHANNES FRIDERICUS Zweiffel /  
Stutgardianus.

T U B I N G Æ.

Typis JOHANN-HENRICI REISI,  
ANNO M. DC. LXVI.



Collegium Universitatis

Magistrorum

Abbas M. V. Thiel

Magistrorum

Magistrorum

WOLFGANG DANK

Magistrorum

Magistrorum

Magistrorum

Magistrorum

Magistrorum







Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXVI.

Ad Lib. XIV. Digest.

I.

**P**lures navis Exercitores, ex contractu Magistri, singuli tenentur in solidum; (a) etiam ille, qui minimam in navi habet partem; (b) ita ut nec divisionis gaudeant beneficio: (c) quod tamen unus praestitit, illud pro rata, vel societatis, vel communi dividendo iudicio à reliquis repetere potest. (d)

a) *l. 1. §. f. l. 4. §. 1. ff. de Exercitor. action.* ibi Petr. Peck. in pr. & Arnold. Vinn. tit. a. ubi tamen testatur, apud Hollandos, hoc jus receptum non esse, sed singulos tantum pro rata, & quidem non ultra partem, quam in nave habent, teneri; quod etiam tradit Joh. Loccen. *de jure maritimo. lib. 3. cap. 7. n. 9.* & Hugo Grotius, *de I. B. & P. lib. 2. cap. 11. n. 13.* ubi addit, jus Romanum, hac in parte, nec utilitati publicæ, nec rationi naturali convenire; quod posterius, contra Joh. à Felden, Graswinkelius in sua strictura ad censuram d. Feld. hæc ratione defendit; *qui enim solvit inquit, quod natura debet, repetere à nemine potest.* Repetit autem Exercitor ab aliis pro rata, quod solvit. *l. 3. ff. de Exercitor. action.* Verum hanc rationem infirmam esse, satis demonstrat exemplum fideiussorum, & aliorum. vid. §. 6. I. *de fidejuss. l. 10. §. 11. ff. mandat.* De primo, utilitate sc. publica vid. Zigler. in not. ad H. Grot. d. l.

b) *l. 3. ff. de Exercitor. action.*

c) Joh. Brunnemann. ad *l. 2. C. de institor. & exercitor action.*



*action. in fin. Arnold. Vinn. in not. ad Petr. Peck. d. l. Stypmann. de jur. maritimo part. 4. cap. 15. n. 189.*

d) *d. l. 3. de Exercit. ibi Peck. & Vinn.*

## I I.

Plures navis Exercitores simul contrahentes singuli tantum pro ea parte, quam in nave habent, actione ex illo contractu veniente, & non exercitoria, tenentur. Si v. unus ex illis contraxerit, regulariter reliqui conveniri nequeunt.

*l. 4. pr. ff. de Exercitor. action. ibi Petr. Peck. & Arnold. Vinn. lit. C. Loccen. d. cap. 7. n. 9.*

## I I I.

Qui tempestate coorta, laborante navi, levandæ ejus causa, merces alienas ejicit in mare, propter hoc factum nulla tenetur actione. (a) Cæterum si hoc dolo vel culpa fecerit, tenetur vel actione in factum, vel ex L. Aquilia, sed non actione doli subsidiaria; (b) nec locum habet lex Rhodia, (c) Culpa Magistri navis si jactum præcessit, ut si navim plus justo oneravit, exercitores, mercium ejectarum dominis, qui illas transvehendas magistro locarunt, exercitoria actione tenentur, & quidem singuli in solidum. (d)

a) *l. 14. pr. ff. de præscript. verbis.*

b) *d. l. 14. pr. vid. Hortens. ad. d. l. 14. Loccen. d. c. 7. n. 4. & 6.*

c) *Vinn. in not. ad Petr. Peck. ad l. 1. §. 6. ff. de Leg. Rhodia de jactu, pag. 236. Loccen. de jure marit. lib. 2. c. 8. n. 14. & seq.*

d) *arg. l. 1. §. 3. l. 4. §. 1. ff. de Exercitor. act. junct. l. 30. §. 2. ff. locat.*

## I V.

Communis & æquissima est opinio, si urgente incendio domus aliqua diruta sit, cæterarum conservandarum causa, id damnum, in subsidium, contributione refarciendum esse à vicinis, ad quos verisimiliter ignis potuit pervenire. (a) nec rectè restringitur hæc sententia, ad eum casum, quo ædes destructæ sunt ad abundantem cautelam. (b) Idem dicendum, si ædificium alicujus ad vim hostilem arcendam, combustum sit, quod scil. dam-



damnum illud, ædium domino, contributione omnium, quorum interest, sit resarciendum. (c)

a) arg. l. 1. & 2. ff. de Leg. Rhodia de jact. Gail. 2. Obs. 22<sup>o</sup> n. 4. Grav. lib. 2. conclus. 22. n. 4. Petr. Peck. ad d. l. 1<sup>o</sup> & ibi Arnold. Vinn. lit. b. pag. 191. Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 18. th. 8. lit. b. vers. illud autem. Farinac. de crimin. q. 110. c. 3. n. 151. Paul. Bus. ad l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil.

b) arg. d. l. 1. & l. 2. ff. de L. Rhodia. Diff. Lubler. tr. de incend. cap. 5. n. 135. Sebast. Medic. tr. de casib. fortuit. lib. 2. c. 8. n. 23. in fin.

c) arg. d. l. 1. & 2. de L. Rhod. de jact. Joan à Sande. lib. 5. decis. Frisic. tit. 7. def. 3. \*\*. vid. Modest. Pistor. 1. Conf. 16.

V.

Qui alienam exercet negotiationem sine tacita vel expressa domini præpositione, ille nec institor est, nec ex ejus contractu contra dominum institoria datur actio. (a) Unde Institoria agens actione probare tenetur, reum præposuisse eum, cum quo contraxit. (b)

a) arg. l. 3. l. 5. l. 11. §. 2. l. 18. ff. de institor. action. Rot. Genuens. decis. 14. n. 38. & seqq. n. 119. ibi negotiorum gestores non sunt institores. vid. Dn. Hulden. Cyben diff. de Institut. c. 5. n. 11.

b) Rot. Genuens. d. decis. 14. n. 37. Raphael de Turri, tr. de Cambiis disp. 2. quest. 23. n. 124. vid. Marquard. de Iur. Mercator. lib. 1. c. 8. n. 17.

V I.

Institores alium institorem substituere possunt.

arg. l. 1. §. 5. de Exercit. action. l. 5. §. 17. de instor. act. Mejer in ἐρδοξ. dec. 5. c. 5. th. 8. & in C. I. A. de instit. action. th. 3. in fin. Paul. de Castro, ad l. 5. §. 5. de Exereit. action. n. 6.

V I I.

Prodigi etiam sine curatorum consensu institores constitui possunt, eum in effectum, ut ex illorum contractu præponentes institoria conveniri possint actione.

Cc 3

arg.



*Conclusion. forens. Exercitat. XIV.*

*arg. l. 7. & §. 1. & 2. l. 8. ff. de instit. action.*

VIII.

Institor non tantum terrestri, sed etiam maritimæ proponi potest negotiationi.

Diff. Joh. Marquard. *d. lib. 1. cap. 8. n. 45.*

IX.

Institorem de levissima teneri culpa, interdum quidem, sed non indistinctè verum est.

*arg. l. 1. §. 18. ff. de Exercit action. vid. Dn. Hahn. π. ad Wesenb. de instit. action. num. 4. in fin. junct. l. 5. §. 2. ff. commodat. Diff. Joh. Marquard. de jure Mercator. lib. 1. c. 8. n. 41. & seqq.*

X.

Institor, qui persona libera & institorio nomine contraxit, durante officio, ex contractu illo rectè convenitur, (a) ita ut ex rebus præponentis, quas administrat, auctori satisfacere teneatur; (b) nec actorem & causam ad præponentem remittere valet, (c) etiamsi præponens postea prohibeat, ne creditoribus suis solvat. (d)

a) *l. 7. §. 1. ff. de institor. action. l. 7. §. 11. ff. ad Sctum Macedon. Carpzov. l. F. part. 2. const. 20. def. 14. n. 2. & seqq. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 5. n. 5.*

b) de suo regulariter nihil præstare cogitur. Alciat. in *l. 29. ff. de rebus Credit. Græneweg. tr. de Legib. abrog. ad l. f. ff. de instit. act. \*\*.* Hunn. *Encyclop. jur. part. 2. tit. 23. cap. 4. n. 17. Carpz. part. 1. decis. 10. \*\*.* Gylman. *Symphor. tom. 4. p. 1. vot. 32. n. 9. & 10. nec executio in bona Institoris fieri potest. Carpzov. l. F. part. 1. const. 30. def. 11. \*\*.*

c) *Joh. Marquard. tr. de jur. Mercator. lib. 1. cap. 8. n. 43.*

d) *Joh. Marquard. d. c. 8. n. 43. in fin.*

XI.

Finito officio, Institores, ab illis, cum quibus institorio nomine



nomine contraxerunt, regulariter cum effectu conveniri nequeunt.

*l. fin. ff. de institor. action.* ibi Salicet Carpzov. *part 2. const. 20. def. ult. \*\*.* Mey. *ad Ius Lubecens. lib. 3. tit. 6. art. 5. n. 7.* Hector. *Felic. xv. de Societ. cap. 30. n. 27. & seqq.* Rota Genuens. *decis. 14. n. 64.* Coler. *2. decis. 248.* Diss. Vinn. *ad Petr. Peck. in l. 1. §. Est autem nobis. 18. ff. de Exercit. act. lit. C. pag. 129.*

## XII.

Ex contractu domini sive præponentis, Institores nec durante officio conveniri possunt.

Tuld. *in Cod. tit. de institor. & Exercitor. action. n. 4. vid. Joh. Marquard. de jure Mercator lib. 1. cap. 8. n. 44. ubi Venetiis contrariam esse consuetudinem refert.*

## XIII.

Ipsi verò præponentes ex Institoris contractu, & quidem singuli in solidum institoria conveniri possunt actione.

*l. 13. §. fin. & l. seq. de institor. action.* Zæf. *in Comm. π. d. t. n. 5.* Menoch. *5. cons. 410. n. 37.* Treutler. *vol. 1. diff. 27. th. 10. c. ibi Bacbov. Hect. Felic. de Societ. c. 30. n. 31.* Diss. Gail. *2. Observ. 24. n. 9.* vid. *Christinæ. 1. decis. 165.* Secundum dd. II. Senatam & Curiam Lubecensem respondisse refert. Joh. Marquard. *de jure mercator. lib. 1. c. 8. n. 40.* qui tamen in sequentibus iisdem beneficium divisionis concedit. vid. *conclus. præced. 1. & Vinn. atque Grœneweg. ad §. 2. l. quod cum eo, qui in aliena potest. n. 2.* ubi scribit, quod talis præponens hodie liberetur à solidi condemnatione, præstando totum id, quod in societate habet.

## XIV.

Mercator certam exercet negotiationem Francofurti, aliam Lipsiæ, aliam Hamburgi; vel in diversis illis locis diversas unius negotiationis habet tabernas; ipso decoquente, illius creditoribus diversarum negotiationum sive tabernarum, Doctores concedunt beneficium separationis, & Creditoribus Francofurtensibus ex bonis Francofurtensibus, Lipsiensibus ex Lipsiensibus, & Hamburgensibus.



Hamburgensibus ex rebus Hamburgensibus satisfaciendum esse docent: (a) sed nos contrarium de jure verius esse credimus. (b)

a) per l. 5. §. 15. & 16. de tributor. action. ibi Paul. de Castro n. 7. ubi ait se hoc millies in facto vidisse pract. cari. Strach. de decoctorib. part. ult. n. 20. & seqq. Tiber: Decian. vol. 2. Consil. 109. n. 29. & seqq. Jacob Schultes. lib. 2. quest. pract. 64. per tot. David Mevius ad Ius Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10. n. 55. & seqq. Joh. Marquard. de jur. Mercator. lib. 2. cap. 2. n. 19. Antwerpiz consuetudine hoc receptum esse, refert. Groenew. ad d. l. 5. §. 15. de tributor. actione.

b) arg. l. 50. §. 1. ff. de judic. Raphael Cuman. Consil. 172. Groeneweg. ad d. l. 5. §. 15. de tributor. actione. n. 3. & 4. ubi hanc sententiam in Gallia servari refert, eamque Curiam Hollandiz observasse testatur.

## X V.

Filiusfamil: sui juris factus, si partem debiti contra SCtum Macedonianum contracti solvit, nec solutum repetit, nec rectè quoad residuum exceptionem SCti opponit,


l. 7. §. pen. & ult. junct. l. 9. pr. ff. ad SCt. Maced Donell. in l. 2. C. d. t. ibique gl. Sali. in fin. Paul. de Castr. n. 9. Aug. Barbol. n. 34. Joh. Brunnem. in fin. Costal. & Bus. ad d. l. 7. §. f. Christinz. v. 3. d. ecis. 35. n. 11. \*\*. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 7. n. 25. Diss. Bach. ad Treutler. vol. 1. disp. 20. thes. 8. lit. a. & b.














X 2615924

7V 9A









B.I.G.

Farbkarte #13

Forensium  
XXVI.  
V. Digest.

2666 71.  
1

Favente,

46

I D E  
DAMO Lauterbach /  
Professore,

um Examini,

Septemb.

lit

ERICUS Sweiffel /  
anus.

G Æ.

NRICI REISI,  
LXVI.

